



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs CXL. Eripe me Domine, ab homine &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Quorum si numerum et summā tibi dicere coner,  
Quo numero referam, constet arena maris.  
Mane nouo euigilans, ac lumina clausa resolueſ,  
Tecum habito, tecum viuere constituo.  
O vtinam reprobi, te percutiente, perirent,  
Et fugeret procul hinc sanguinolenta manus.  
Quæ blasphemæ sonans audacter verba profundit,  
Et temere usurpat nomen ubiqꝫ tuum.  
Qui tibi ut inuisos scio, sic odio aſtimō dignos,  
Excrucior, quoties hi tibi bella mouent.  
Odi igitur tales, Zelo mea corda mouente,  
Facti sunt hostes quòd mihi, quòdqꝫ tibi.  
Tu Deus explora, scrutare probaqꝫ latentis  
Pectoris atqꝫ animi sensa profunda mei.  
Excute eſt obserua, num sit mala semita vita,  
Ducito ad aeternam me sine labe viam.

PSALMVS CXL.

Eripe me Domine, ab homine &c.

**M**E, Ioua, eripi as hostibus impiis,  
Custodi aqꝫ viris me temerariis,

Qui

Qui prauum tumido pectore cogitant,  
Mouentqs bella pessima.

Virus, lingua mali, lethiferum vomit,  
Anguis quale solet, nexibus implicans,  
Afflatusqs nocens viperas spargere,  
Tale ore fundit impius.

A dextra reprobi me, rogo, libera,  
Crudelisqs viri viribus eripe,  
Ac a gente mala me, peto, protege,  
Qua me studet subuertere.

Qua tendit laqueos iamqs superbior,  
Me occultis properat fallere retibus,  
Qua me prava suis insidiis petit,  
Vt arte vincat subdola.

Tu vero es Dominus, tu Deus es meus,  
Fidumqs auxilium & praesidium mihi,  
Defendens caput hoc tempore pralii,  
Serui querelas accipe.

Optata eueniant, ne sine, ut impio,  
Elatus nimium ne ille superbiat,  
Fraudem, quam struit is, pectore subdolo,  
Conuerte in ipsius caput.

Nn Tcelis

*Telis flammam uomis hunc Deus obruet,  
Deuoluet reprobos ignis ad infima,  
Nec surgant, mala mēs, linguaq; garrula,  
Et os peribit subdolum.*

*Causam quōd miseri & pauperis appro-  
Æternus Deus in iudicio suo,      (bet  
Cantabunt homines perpetuō pii,  
Qui permanebunt ante eum.*

### PSALMVS CXLI.

Domine, clamaui ad te, &c.

**A**d te voce, Deus, clamo, succurre querenti,  
Ocyus admittas verba rogantis opem.  
Tām recreere meis precibus, quām thuris odore,  
Quādo leuo, valeant, tanquā holocausta, mang.  
Os mihi conserua, ne falsa vel impiad dicam,  
Et rege, nec cupiat pecc̄tus iniqua meum.  
Tu prohibe, studeam ne me coniungere prauis,  
Ne placeat labiis esca nefanda meis.  
Grata mihi iusti censura est libera, si me  
Arguerit, plagas a quo animo ipse feram.

*Tām*